Augusto Boeckhio

decem lustra

inde a

summis in philosophia honoribus

rite impetratis

Idibus Mart. anni MDCCCLVII feliciter et gloriose

peracta

congratulantur

Praeceptores Portenses.

Numburgi
apud Sielingium.

Non mirabere, Vir maxime Venerabilis, quod hoc die, quo quidquid ubique philologorum est, sibi gaudet Tibi gratulatur, non desumus in gratulantium multitudine praeceptores Portenses, qui antiquitatis studiis, quorum Te unum omnes nunc principem venerantur, scholae nostrae fundamentum contineri existimantes, ea ut pro suis quisque viribus cum fructu discipulis nostris tradere possimus, Tua institutione aut ex ore Tuo aut, quibus ea felicitas temporum rerumve iniquitate negata fuit, ex scriptis Tuis hausta non minimam partem nos assecutos esse gratissimo animo profiteamur. Accipe igitur, Vir Spectatissime, ea vota, quae ut satis digne eloqui posset, unus nostrum ad Pindarici oris gravitatem ascendit, accipe commentationem, qua e numero nostro alter studiorum

genus id, quod quam proprie Tuum dicatur nemo nescit, aliqua accessione augere studuit, utraque autem scriptione patere renovari apud animum Tuum memoriam meritorum Tuorum quum plurimis aliis rebus egregie enucleatis et explicatis tum Pindaricis numeris constitutis et inscriptionibus graecis omni luce collustratis vel maxime conspicuorum: qua memoria ut per longam senectutem eamque omnibus bonis ornatam et cumulatam quam diutissime fruaris etiam atque etiam optamus. Vale.

Carolus Peter.
Carolus Niese.
August. Koberstein.
Carolus Steinhart.
Andreas Jacobi.
Carolus Keil.
Robertus Buddensieg.
Fridericus Buchbinder.
Guilelmus Corssen.
Hugo Purmann.
Otto Heine.
Arnoldus Passow.
Carolus Euler.

ΑΥΓΟΥΣΤΟΝ ΒΟΙΚΙΟΝ

ΤΟΝ ΣΟΦΩΤΑΤΟΝ ΤΗΣ ΕΛΛΗΝΙΚΗΣ

ΑΡΧΑΙΟΛΟΓΙΑΣ ΕΞΗΓΗΤΗΝ

ΚΑΙ ΔΙΔΑΣΚΑΛΟΝ

ΤΩΝ ΠΕΝΤΗΚΟΝΤΑ ΤΗΣ ΔΙΔΑΣΚΑΛΙΑΣ ΕΤΩΝ


ΜΑΚΑΡΙΖΟΥΣΙΝ

ΟΙ ΤΟΥ ΕΝ ΠΥΛΑΙΣ ΓΥΜΝΑΣΙΟΥ ΔΙΔΑΣΚΑΛΟΙ.


Ἐκτυπωθὲν ἐν Νομβόργῳ διὰ Σιλίγγου

ἐν τῷ ͵αωνζ' ἔτει.

Στρ.



Ἐπ.



Στρ. ά.

Καλὸν μὲν πολιὸν καθῆσθαι κόρων πατέρ᾽ ἐσλῶν
ἐνὶ δόμοισι κυκλούμενον εἰαρινοῖς στεφάνοισιν,
τῶν δ᾽ ἀέξεται σθένος,
ὡς λάμπει τέκνον Ἀοῦς
εὔδροσον θάλος χθονί·
κάλλιον δ᾽ ἀθρόον ἰδεῖν μάχαν πνέοντα δᾶμον ἐν ὅπλοις ἐλεύθερον
στάντα πύργον ἐν κλύδωσιν ἀμφὶς ἄνακτος θρόνον·
πολὺ δὲ τόδε κλέος εὐπρεπέστατον πέλει,
περὶ σοφώτατον θίασος εἰ
σοφῶν ἀνέρων γεραιὸν κάρα
φίλων ἐνὶ νόῳ χοροὺς ἄγει.

Ἀντ. ά.

ὁ δ᾽ ἐν θεσπεσίοισι κηλεῖ φρένας θιασωτῶν
ἔπεσιν, ὡς γλυκείᾳ ποτὲ Νηλεΐδας ὀπὶ δῖος
τῶν ἐφαμέρων βροτῶν πάλαι
πολλὰ φῦλα δίδαξεν,
παῦε δ᾽ ἀνέρων ἔριν
οἳ πικραῖς ποτ᾽ ἐνὶ μάχαισι κάλλος ἀμφὶ μαρνάμενοι Τυνδάρου κόρας
Ἰλίου πέδον κατῆλθον· ἁ δ᾽ ἔτι νῦν ζῇ θεά
ἀθάνατος, ἔτι δ᾽ ἀγῶνας εὐκλεεῖς φλέγει,
μάλα δέ νιν λαβεῖν στρατὸς ἐρᾷ
νέων ἱμέρῳ πόθοισί τε δαμείς,
ἔχων δέ μάκαρ αἴρεται γέρων.

Ἐπ. ά.

ὄρωρε γὰρ ἔρις βροτῶν ἱεμένων θεᾶς κάλλος ἄφθιτον
ἀγήρων κλέος οἴκων καταγέμεν ἐκ μάχας·
οἱ δὲ δαΐοισιν Ἄρεος ὠμόφρονος
ὅπλοις οὐ ξυνάπτουσιν ἀγῶνας, οὐδὲ ῥεῖ μέλαν αἷμα,
τετράγωνος Ἕκτορος οὐ κάππεσεν βία,
γνώμας δὲ σοφᾶς ἁμιλλώμενοι καλοῖς βέλεσιν εὐσεβίᾳ Παλλάδος,
παρ Ἀλφεοῦ ῥόοις οἷα νεανιᾶν ἁ ταχυτὰς ἔριζεν.

Στρ. β΄.

ἀέθλων ὀρέγοντο κῦδος πολὺς μὲν ὅμιλος
ἐνὶ δρόμῳ φέρειν, εἷς δὲ λάβεν κλαδὸν ἱρὸν ἐλαίας,
τοῦ δ᾽ ὑπέρτατον κλέος
Ἑλλάδος πτολιέθροις
ἔσκε τᾶς σοφωτάτας·
ἀλλὰ μεῖζον ὄνομα, ΒΟΙΚΕ, σοὶ τέθηλεν· οὐ γὰρ ἅπαξ κλεινόν ἐν μάχᾳ
ἆθλον εἷλες, ὡς ἄμαχθον εἶτα βίον ζῇς μάκαρ·
σὺ δ᾽ ἄρα μαχόμενος, ὡς ποθ᾽ Ἡρακλῆς ἔφυ,
ἐπὶ πόνοις πόνους διαπερᾷς,
ἄπαυστον χαρὰν ἀγῶνος ἔτ᾽ ἔχων,
ἀεὶ στέφανον εὐκλεᾶ δρέπων.

Ἀντ. β'.

φιλεῖ γὰρ παρὰ πάντα Νίκα σε φαιδροπρόσωπος·
θαμὰ σὺ γὰρ φίλαν γᾶν, Ἑλένας ὅθι κάλλος ἀνάσσει,
ἄφθιτος βροτῶν πόθος,
κτῆμ' ἐς αἰὲν ἀρέσθαι
ἦλθες εὐσεβεῖ νόῳ,
ἄμμι καὶ διδόμεν ἕδος πρόθυμος ἦσθα τᾷδ' ἐπὶ γαίᾳ μακαρτάτᾳ,
τάν ποτ' οὔτε πνευμάτων μένος κλονέει δύσθροον
νιφοβόλον ὀλοὸν, οὔτε θάλπος Ἀλίου
βέλεσιν ἐκφλέγει θανασίμοις,
Διὸς δ' αἰὲν ὄμμα φαιδρὰ γελάᾳ,
διδοῖ δὲ θεὸς εὔπνοον χάριν.

Ἐπ. β'.

νόον σοφὸν ἔδωκε γὰρ Μοῖσα μέτροιο τὶν καὶ νόμων βάσιν
ῥυθμῶν θ' ἁρμονίαν, πυθμένα δέ τε τὸν βαθὺν
χρημάτων ὅλων ἀριθμὸν ἰδεῖν ξύμμετρον·
νέος γὰρ σὺ σεμναῖς τελεταῖσιν ἀνέρος Σαμίοιο,
ὃς ἐφεῦρε ῥίζαν ὁμοῦ γᾶς ἰδ' οὐρανοῦ,
κρυπταῖς ἐτράφης ἐπόπτας σοφὸς, σὲ δ' αὖ ταχυτάτοισιν ἐπᾶρεν πτεροῖς
Ἀρίστωνος υἱὸς πρὸς ὁμιλίας ἠδὲ χοροὺς Ὀλύμπου·

Στρ. γ'.

ἀνέπτα κύκνος ὥστε Δίρκας ἐν ἀέρι πολλῷ
νέφος ὑπὲρ χθονὸς ῥίμφα μελῶν ἱερῶν πτερύγεσσιν
ἁλίου βλέπων σέλας·
ᾇδε γὰρ κλέος ἀνδρῶν
καὶ θεῶν μακαρτάτων·
οἱ δὲ κέντρον ἔθεσαν ἠδ' ἱδρῶτα τᾶς κλυτᾶς ἀρετᾶς ἐν νεανίαις,
ἁρμάτων θοῶν ἅμιλλαν ἠὲ κελήτων δρόμους
ταχυτάτῳ ἰδὲ ποδῶν ἐριζέμεν κράτει
χερῶν παγκρατεῖ τ' ἐνὶ βίᾳ·
ὁ δ' αὖ νυμφίον μέλει γλυκυτάτῳ
ἐθρήνεε κόρας παραγόρος.

INSCRIPTIONES

THESSALICAE TRES.

RECOGNOVIT

CAROLVS KEILIVS.

Qui post Leakium et Fallmerayerum, nihil ad lapidum inscriptorum fragmenta attentum, Thessaliam etiamnunc Turcicam primus, quod sciam, peregrinator doctus adiit Ussingius Danus ex eaque provincia, nobile Angli exemplum secutus, haud paucas inscriptiones retulit antea incognitas, is quamquam opibus comparatis non ita est usus, ut editori postero nihil admodum reliquerit emendandum, magnam tamen meretur laudem, quod laborem titulis undique conquirendis atque accurate describendis impendere et copias suas sat amplis commentariis illustratas cum hominibus doctis communicare voluit, v. Inscript. Graec. Inedit., Havniae MDCCCXLVII, n. 1—51, p. 1—40. Sunt enim inter illius titulos, ex ecclesiis potissimum et sepulcretis protractos, qui si non prisca at aliqua tamen vetustate insignes et rerum primum cognitarum gratia et dialecti ratione merito studia in se convertant nec parum ad ea faciant vel confirmanda vel augenda, quae Ahrensius, inscriptionum Leakianarum interpres, commentatus est in libro egregio De linguae Graecae dialectis vol. I p. 218 et II p. 528 seqq. Quodsi annumeramus novas illas inscriptiones quamquam non ita multas, quas Lebasius cum olim editis omnibus composuit (Inscriptions Grecques et Latines recueillies en Grèce et en Asie mineure. Troisième Partie. Section VI Thessalie. N. 1112—1319, p. 261—310), fatendum sane est, ut aliis Graeciae terris, inprimis Atticae et Megaridi et Boeotiae et Phocidi, ita Thessaliae quum fortunae favore tum doctorum investigationibus satis bene consultum esse post illud tempus, quo primum Corporis Inscriptionum Graecarum volumen lapides illarum terrarum litteratos complexum in lucem prodiit. Quid, quod non desunt prorsus exempla inscriptionum Thessalicarum in libris veterum ad lapidum etiamtum integrorum fidem satis accurate tradita, qualia exstant apud Lucianum de saltat. 14: *ἐν μέν γε Θεσσαλίᾳ τοσοῦτον ἐπέδωκε τῆς ὀρχηστικῆς ἡ ἄσκησις, ὥστε τοὺς προστάτας καὶ προαγωνιστὰς αὐτῶν προορχηστῆρας ἐκάλουν· καὶ δηλοῦσι τοῦτο αἱ τῶν ἀνδριάντων ἐπιγραφαί, οὓς τοῖς ἀριστεύσασιν ἀνίστασαν· Π ρ ο ὔ κ ρ ι ν ε γάρ, φησι, π ρ ο ο ρ χ η σ τ ῖ ρ α ἁ π ό λ ι ς· καὶ αὖθις, Ε ἰ λ α τ ί ω ν ι τ ὰ ν ε ἰ κ ό ν α ὁ δ ᾶ μ ο ς ε ὖ ὀ ρ χ η σ α μ έ ν ῳ τ ὰ ν μ ά χ α ν.* Sed quoniam vix est sperandum, fore ut proximo tempore aut Lebasius apographis monumentorum emendationem atque interpretationem addat, aut A. Kirchhoffius, qui etiam in re epigraphica Graeca acute versatus (Schneidewin. Philol. VII p. 191) provinciae Boeckhianae curam post Franzium et E. Curtium suscepit, supplementa sectionis quam dicunt Thessaliae concinnet, ego data scribendi occasione, qualis nunc ipsum offertur exoptatissima, symbolas ad illorum virorum operam conferre studebo. Ac primum quidem, ne iniquius de Ussingio iudicasse videar, age insigni exemplo, id quod iam antea in quibusdam eius titulis Thessalicis demonstravi (v. Schneidewini Philolog. v. III p. 316) et ostendit nuper libri modo commemorati editor in

nomine *Φιλόφειρος* (Ussing. n. 25, Philolog. IX p. 630), rursus probare conabor, virum doctissimum legere quae aperte scripta sint interdum non esse ausum. Nec magnopere tamen id vitio vertendum esse et caecutire interdum etiam homines oculatissimos, non ignorant qui et rei difficultates perspexerunt et aliquam studii epigraphici notitiam habent portentosaeque, ne alia afferam, istius Tombiae meminerunt, exagitatae in Philologi v. VII p. 201.

II

Larissae (sive rectius Larisae, titulis et numis constanter et saepe etiam libris simplex sigma offerentibus, Stephan. Thes. v. V p. 115. C, Meinek. Delect. poet. Anthol. Gr. p. 116. Stephan. Byz. p. 412. Lebas. n. 1237. 1300, 1 (Leak. n. 148. n. 173 = C. I. G. n. 1775.) n. 1144, 5. n. 1188, 2 = Leak. 216. C. I. G. n. 1773, 2 = Lebas. n. 1184.) in aedibus archiepiscopi. Ediderunt Ussing. n. 21 p. 32 et qui ab eo videtur sumsisse Lebas. n. 1233 p. 296. Utrumque apographum prorsus idem est, nisi quod Francogallus ductum extremum v. 2 omisit.

. . .	*[Ὁ δεῖνα*
ΑΥΤΟΝΟΕΙC	*Αὐτονόει[ος*
ΟΝΕΘΕΙΚΕ	*ὀνέθεικε*
ΤΟΝΓΟΤΕΙΛC	*τὸν Ποτεί[δα-*
ΝΙΓΕΡΤΟΙΓΑ	*ν ἱπὲρ τοῖ πα[ῖ-*
Λ . ΞΑΥΤΟΝΟΟ	*δος] Αὐτονόο[ι .*

In pauculis his verbis sexies discedendum fuit ab Ussingii interpretatione: *Αὐτονόει[ος] ὀνέθεικε τ[ῷ[Ποτειδ[ῷ]νι [ὑ]πὲρ το[ῦ] πα[τρὸς] Αὐτονόο[υ,* ita illa quidem comparata, ut quod ipse scripsit „fortasse iusto audacius coniectura se usum esse" vere dictum esse videatur. Iam primum si quid Neptuno dedicaretur, ad exemplum tituli Thebarum Phthiotidis C. I. G. n. 1769 (Lebas. n. 1163): *Φιλόμβροτος, Ἀφθόνητος Δεινομάχου Ποσειδῶνι,* qui fortasse obversatus est Ussingio, cincinnos deo oblatos esse suspicari posses, in superiore lapidis parte quae iam deperdita est anaglypho expressos, v. O. Jahn. ad Persium p. 138, Hecker. Comm. Crit. de Anthol. Graec. p. 134, Wieseler. Narkissos p. 41 not. 77, Analect. Epigr. p. 151, et de hoc anathematum genere universo L. Stephani. Der ausruh. Herakles p. 70. Atque ut incerta esset haec coniectura, conferres inscriptionem Cierii sive Arnae repertam, quae prisca fuit religionis Neptuniae sedes (Gerhard. Griech. Mythol. v. I p. 206 § 232, 2), Leak. n. 218 (Lebas. n. 1187): *Ποσειδῶνι Κουερίῳ Κεφάλων Βυκίνου.* Verum, ut non dicam *τοῦ Ποτείδανι* scribendum fuisse, apographum distincte accusativum offert: *ΤΟΝ,* et si prima versus quinti elementa duo *ΝΙ* ad dei nomen retuleris, iam statuere debebis, litteram praepositionis, sive *ὑπέρ* fuit sive *ἱπέρ,* initialem in detrito marmore excidisse: id quod in eius qui descripsit silentio prorsus temerarium videtur. Hinc id unum relinquitur, ut elementa quae in lapide exstare traduntur agnoscamus et ductu fere evanido v. 4 in *Α* mutato legamus: *τὸν Ποτείδαν.* Ita ipsius Neptuni imaginem dedicatam esse intellegitur. Quod si quaeritur, cui deo ea consecrata fuerit, quoniam alterum nomen non est additum, de simulacro in Neptuni aede collocato non inepte cogitaveris. Quamquam fieri etiam potuit, ut

Neptunus in alius dei templo poneretur ex more satis hodie agnito, v. Syllog. Inscript. Boeot. p. 87, R. Rochett. Questions de l'histoire de l'art p. 176, C. I. G. n. 2661 v. II p. 456. b., n. 4683 b. v. III p. 331. a., n. 6797 p. 1041. b. Is autem deus alter qui esset, Larissaeis ipse aspectus monstrabat. Causa pietatis a patre (*Κά[λλ]ισ[τ]ος ὑπὲρ τοῦ υἱοῦ Ἀλεξάνδρου Διῒ ὀλβίῳ εὐχαριστήριον*, C. I. G. n. 2017 = Lebas. n. 1456, Lysimachiae) pro filio (*ὑπέρ τινος*, Franz. Elem. Epigr. Graec. p. 334, Lebas. n. 1166 = Leak. n. 187: *Δικαιρέτα Εὐρυφάτου ὑπὲρ Ἀφθονήτου Ἀρτέμιδι*, raro *ὑπέρ τινα*, C. I. G. n. 1121, 13, et ex Franzii emendatione Ross. Inscr. Gr. ined. n. 57, 2 = Rhangabis. Antiq. Hellén. n. 1230) praestitae nos latet; fingi facile plus una potest. Urbes vero Thessaliae, in quibus Neptunum cultum fuisse iam antea constabat, Gerhardius recensuit Myth. Gr. l. l. Adde praeter Larissam et Thebas ex inscriptionum testimoniis huc referendas Alum, cuius numis dei illius caput impressum cernitur, interprete Panofka Von dem Einfluss der Gottheiten auf die Ortsnamen p. 12 tab. I, 20. Forma nominis divini ipsa satis digna est quae annotetur. Nam quum docuerit Ahrensius Dial. Aeol. p. 123, 8 coll. p. 14, Aeolensibus in usu fuisse et *Ποσείδαν* (v. Alcaei fr. 18, Bergk. Poet. lyr. p. 711 n. 26) et *Ποτίδαν*, tertium nunc accedit *Ποτείδαν*. Id tanquam proprium Doriensium, nuper etiam nomine *Ποσιδᾶν* auctorum (Vischer. Epigraph. u. Archaeol. Beitr. p. 38 n. X, 2) tradidit Herodianus *περὶ μονήρ. λέξ.* p. 10, 27 p. 28 Lehrs.: *παρὰ δὲ Δωριεῦσι τρεπομένου τοῦ σ εἰς τ Ποτειδάν κατ' ὀξεῖαν τάσιν*, Ahrens. Dial. Dor. p. 244; idem tamen, retracto accentu *Ποτείδαν*, Aeolicae dialecto quamquam sibi non constans Choeroboscus tribuit Epim. I, 277, v. Bergk. l. l. Articulus vero, quum usu frequentissimo imago dei ipsius nomine appellatur (Boeckh. C. I. G. v. I p. 20. a. Osann. Syllog. p. 158, Letronn. Recherch. pour servir à l'hist. de l'Égypte p. 467, Jacob. Quaest. Epic. p. 13), legitimus fere est, Syll. Inscr. Boeot. n. XIX, 2 = Lebas. n. 402 p. 84: *ἀνέθηκεν τὸν Ἔρωτα*, n. XX, I = Lebas. n. 375 p. 81: *Θεοῖς Σεβαστοῖς καὶ [τῇ πό]λει τὸν οἶκον καὶ τὸν Δ[ιόνυ]σον*, ubi quae attuli p. 87 iis adde C. I. G. n. 3993, 1 v. III p. 67: *τήν τε Ἄγγδιστιν καὶ τὴν μ[ητέ]ρα Βοηθηνὴν καὶ θεῶν τὴν μητέρα καὶ τὸν [θ]εὸν Ἀπόλλω καὶ τὴν Ἄρτεμιν — καθιέρωσεν.* Qui dedicat nescio quis *Αὐτονόειος* filius est Autonoi, adiectivo dictus haud dubie possessivo non patronymico, v. Bergk. Beiträge zur Griech. Monatskunde p. 16 et ipsum Ussingium rectius statuentem ad n. 23, 1 p. 33 = Lebas. n. 1269: *Πουτάλα Πουταλεία κόρα, Τιτυρεία γυνή* i. e. Tityri uxor (conf. *Πελοπηὶς Ἱπποδάμη*, Pelopis uxor Hippodamia, O. Schneider. Nicandr. p. 2. T i t h o n i a, Ovid. Fast. IV, 943). Exemplis huius appellationis ab Ahrensio compositis Dial. Dor. p. 535 addo Ussing. n. 20 (Lebas. n. 1214): *Κλίομαχος Μολόσσειος*; n. 24 (Lebas n. 1270): *Μελανθὸυ Δαμονικεία*; n. 25 (Lebas. n. 1249): *Φιλόφειρος Ἀ[σ]άνδρειος* (nam Francogallus *Α. ΝΔΡΕΙΟΣ* exhibet pro Ussingii: . . *ΑΝΔΡΕΙΟΣ*, et *Ἄσανδρος* legitur ap. Ussing. n. 5, 6 = Lebas. n. 1192 (Metropoli) et in numo Thessalico apud Mionnet. Suppl. III, 270); n. 28 (Lebas. n. 1242): *Ἰσαγόρας Νικολάειος*; n. 50 (Lebas. n. 1220): *Ἀνθρουπύλα Ἀντικρατεία*; Lebas. n. 1243: *Ἀλεξομενὸς Ἀργάλειος*; n. 1245: *[Νικάσ]ιππος [Γο]ργίππειος*; n. 1247: *Πανσανίας Ἀστοκράτειος*; n. 1248: *Πέταλο[ς] Θερσολόχειος* (coll. *Πεταλλίς*, Ussing. n. 29 = Lebas. n. 1271); n. 1272: . . . . *ΠΑ . . . ΓΤΟΛΕΜΕΙ.?* Annoto praeterea, designandae originis modum iam inde

ab Homero poetis omnibus frequentem praeter Boeotos (Ahrens. Dial. Dor. II p. 526) et Thessalos in vita communi usurpatum fuisse etiam in Phocide, C. I. G. n. 1727 = Lebas. n. 973: *Πανταινέτα Ξενοκρατεία Δάματρι καὶ Κόρᾳ* (ubi vix recte commate inter *Π*. et *Ξ*. distinguitur) et in Epiro (Leak. n. 172, at Paleó Gardhiki, v. IV p. 172): *Πετραιονίκα Δερδαία ἀνέθηκεν*, et Cyrenis: C. I. G. n. 5157. a.: *Ἐχεμήδας Τιμοκρατείας*; b.: *Ἀράτας Λαβρομείας*, v. III p. 526. Autonoi nomen non incelebre est in Thessalia. Et antiquissimus quidem eorum, quos id gessisse scimus, fuerit ipse homo donario inscriptus, cuius aetatem in quartum vel tertium saeculum ante aeram Christianam incidere crediderim. Non diu post fuerit, nisi eundem atque superiorem mavis agnoscere, *Αὐτόνους ὁ Θετταλός*, quem ab Hieronymo rege Syracusarum cum aliis in consilium adhibitum esse Polybius tradidit VII, 5, 3. Tum eiusdem cuius hic est patriae Larissae homo sed recentior videtur esse apud Ussing. n. 7, 8: *ΠΟΛΥΤΟΝΟ . . ΟΥ*, ubi Lebas. n. 1239, 24 legit: *ΠΟΑΥΤΟΝΟ . . ΟΥ* i. e. *ἀ]πὸ Αὐτόνο[υ τ]οῦ*; atque fortasse etiam n. 6, 4 (Lebas. n. 1295): *ΘΕΟΥ . . . . . . ΟΛΟΟΥ* latet: — *θέου [τοῦ Αὐτ]ο[ν]όου*. Videmus autem, Thessalis quoque ut Atticis aliisque Graecis multis moris fuisse, ut avi nomen nepos referret, C. F. Hermann. Lehrb. d. Griech. Privatalt. § 32, 18 p. 159 et Staatsalt. § 119, 6 p. 346.

V. 5 aegre eripi titulo patiar quod manifesto insculptum cernitur: *ἰπέρ* s. *ἰπέρ*. Hanc formam praepositionis Aeolicam primus, quantum scio, Ahrensius revocavit in Anecd. Oxon. v. I p. 422, 1: *οἱ δὲ Αἰολεῖς τὴν ὑπὸ ὑπὲρ* (leg. *ὑπὲρ ἰπὲρ*) *λέγουσι καὶ τὴν ὑπὸ ὑπά· ἢ γὰρ τὴν ἀρχὴν τρέπουσιν Αἰολεῖς καὶ τὸ τέλος φυλάσσουσιν, ἢ τὸ τέλος τρέπουσι φυλάσσοντες τὴν ἀρχήν. ψιλοῦσι δὲ τὸ ῑ*, Dial. Aeol. p. 76 n. 3. Nec aliter fortasse legendum esse suspicatus est p. 81 n. 10 apud Ioannem Gramm. p. 244. b: *ἀντὶ δὲ τοῦ ῡ τὸ ῑ· ὑψηλὸν ἰψηλόν, ὕψοθεν ἴψοθεν, ὕπαρ ἴπαρ*. Sed ut hoc quidem dubium sit, altero loco certissima est illius emendatio. Idem *ἰπέρ* maluit quam quod grammatici testimonio nititur *ἰπέρ*, propter causas l. l. § 4, 3 seq. p. 21 expositas. Nam asper ex antiquo *s* aut *j* natus fere semper non minus apud Aeoles servatus est, quam in reliquis dialectis. Atqui *ὑπέρ* (super) vel *ἰπέρ* Aeolicum esse, ostendit Alcaei usus fr. 7, 2 (15 Bergk. p. 708), ubi: *καθύπερθεν*, vel quod Ahrensius dedit: *καθίπερθεν* habetur. Denique ut *τοῖ* i. e. *τοῦ* et *Αὐτονόοι* et *παῖδος* scribantur, quum dialectus, quae genetivos declinationis secundae in *οῑ* exire iubet (Ahrens. II p. 534), tum reliquiae litterarum: *ΓΑ|Α.Ξ* i. e. *ΓΑΙΔΟΣ* postulant.

II

Ex titulis, quos Leakio debemus, nullus est aut vetustate insignior aut ad dialectum cognoscendam utilior tabula illa Crannonia n. 149, v. III p. 169. 345, in qua duo reipublicae decreta honoraria perscripta sunt. Repetiit lectionis varietate nulla Lebas. n. 1211. a. b. p. 289—90. Hoc ego monumentum vel post saluberrimam Ahrensii operam (v. II p. 528 seq.) in nonnullis partibus mancum locis aliquot ab illo omissis vel frusta tentatis ita resarcire posse mihi videor, ut certe alterum decretum, quod locum secundum tenet, iam paulo propius ad pristinam integritatem restitutum dici queat.

A. Ο≶ΙΝΑΓΥΜΝΑ≶ΙΑ
ΜΥ≶ΚΕΛΕΙοΙΕΔο
ΕΙΔΕ . ΙΓΓοΔΡοΜΙ
ΑΙο≶ΔΙΕΤΕΛΕΙΕΥΕΡΓΕ
Α≶ΓοΛΙο≶ΔΕΔο≶ΘΑΙΑΥΤ
ΓοΝοΙ≶ΓοΛΙΤΕΙΑΝΚΑΤΤΑ
ΤοΙ≶ΚΡΑΝοΥΝΝΙοΙ≶ΥΓΑΡΧ
ΡοΞΕΝΙΑΝΑΥΤοΥΚΑΙ
ΕΙοΕΙΜΕΝΜΑΤ
ΥΑΦΙ≶ΜΑοΝΓΡΑΦΕΙΕΝΚΙοΝ
ΝΤοΑ≶ΚΛΑΓΙΕΙοΝΚΑΙΓ
Ε . οΝοΝΑΛοΥΜΑΔοΜΕΝ
ΤΤ . . ΚοΙΝΑοΥΝΓοοοΔοΥΝ

A. — — — — — Μνασια[δαίοι, τοῦ δεῖνος
— — Μυσκελεῖοι, ἔ[δ]ο[ξε τοῦ κοινοῦ τᾶς
πόλιος· Ἐπ]ειδε[ὶ] Ιππόδρομ[ος — — — —
— Λαρισ]αῖος διετέλει εὐεργε[τὲς τὸ κοι-
νὸν τ]ᾶς πόλιος, δεδόσθαι αὐτ[οῦ καὶ τοῖς
ἐσ]γόνοις πολιτείαν καττὰ [νομιζόμεν-
α πὰρ] τοῖς Κρανουννίοις· ὑπαρχ[έμεν δὲ
καὶ π]ροξενίαν αὐτοῦ καὶ [τοῖς ἐσγόνοις· ἐ-
πιμελ]ει[θ]εῖμεν [δὲ] τ[ὸν ταμίαν, ὅπους τόδ-
ε τὸ] ψάφισμα ὀνγραφεῖ ἐν κίον[α καὶ ὀντε-
θεῖ ἐ]ν τὸ Ἀσκλαπιεῖον, καὶ [τὸ ἐν τὸν κίονα γ-
ενόμ]ε[ν]ον ὀνάλουμα δόμεν — — — —
— ἐκ] τ[άουν] κοινάουν πο[θ]όδουν·

B. ΓΕΝΤο≶ΤοΥΝΓΕ
ΓΑΥ≶ΑΝΙΑΙοΙΜΑΤΡΓοΛ
ΝΤοΥΝ≶ΙΛΑΝοΙΑ≶Το
οΥΝο≶ΑΝΤΙΓΕΝΕΙοΙΓΕΝ
οΕΙοΙΓΕΝΝΑοΙΑΙ≶ΧΥΛ
ΑΛΛΙ≶ο≶ΝΕΙοΙΤΑΜΙΕ
ΝΤΙΓοΝΕΙοΙΦΕΙΔΟΥΝΟ≶ΕΥ
Ο≶ΑΝΤΙΓΕΝΕΙοΙΛΕΞΑΝΤΟ
ΟΥΝΓΑΥ≶ΑΝΙΑΙο . ΜΑΤΡοΓ
ΛΕΙΕΥΕΡΓΕΤΕ≶ΤοΚοΙΝοΝ
Ο≶ΕΝΤΕΤοΙ≶ΓΠΡοΤΕΡο
ΝΤΑΑΡΧΑΤΑΕΑΥΤοΙΚΑΙΚ
ΑΙΚΑοΙΔΙΑΝΑΙΝΤοΥΧΡΕΙΑΝ
ΕΤοΥΚοΙΝοΥΤΑ≶ΓοΛΙο≶
ΛΙοΝΤΑΕΤΤΑΓΡοΑΝΓΡΕ≶
οΤΤΑΝΓοΛΙΝΚΑΙΓο
ΓοΛΙΤΑοΥΝΚΑΙΔΕΔοΧ
ΚΑΤοΙ≶Ε≶ΓοΝοΙ≶ΑΤΤ
Α≶ΥΛΙΑΝΚΑΙΙ≶οΤΙΜΙΑΝΚΑΙ
ΓΑΑΥΤοΥΥΠΑΡΧΕΜΕΝΤΙΜΙΑ
ΤοΙ≶ΛοΙΓοΙ≶ΓΡοΞΕΝΟΙ≶ΚΑΙ
ΤΑΝ . ΑΝΦΕΙΔοΥΝΑΕΥΔοΞΕΙ
ΤΟΥΝΤΑΓοΥΝΓΝοΥΜΑ≶
ΑοΝΓΡΑΦΕΙΕΝΚΙοΝΑΛΙοΙΝ
ΕοΑ . ΑΚΡοΥΝΕΝΤοΙ≶ΙΑΡοΥΤοΙ≶
ΝΑΛοΥΜΑΤοΓΕΝοΜΕΝοΝ
ΝΕΝΕΝΤΟΙ≶ΛοΓοΙ≶ΤΑ

B. Στροταγ]έντος τοῦν Πε[λασγιουτάουν Λ-
ίοντος] Πανσανιαῖοι Ματροπολ[ίταο, τα-
γευό]ντουν Σιλάνοι Ἀστο[μαχεῖοι, — —
— ουνος Ἀντιγενεῖοι, Γεν[νάοι Αὐτ-
ον]οεῖοι, Γεννάοι Αἰσχυλ[εῖοι, τοῦ δεῖνος
Κ]αλ[λ]ισ[θε]νεῖοι, ταμιε[υόντουν τοῦ δεῖνος
— Ἀ]ντιγονεῖοι, Φείδουνος Εὐ[δοξεῖοι, — —
— ος Ἀντιγενεῖοι λέξαντο[ς· Ἐπειδεὶ
Λ]ίουν Πανσανιαῖο[ς] Ματροπ[ολίτας δι-
ετέ]λει εὐεργετὲς τὸ κοινὸν τᾶς πό-
λι]ος ἔν τε τοῖς πρότερο[ν χρόνοις καὶ ν-
ῦν ἐ]ν τᾶ ἀρχᾶ τᾶ ἑαυτοῖ καὶ κ[οινᾶ πάντεσ-
σι κα]ὶ κα[θ]' ἰ[δ]ίαν ἄϊν τοῦ χρείαν [ἔχοντι,
ἔδοξ]ε τοῦ κοινοῦ τᾶς πόλιος, [ἐπηνεῖσ-
θαι] Λίοντα ἐ[πὶ] τᾶ προανγρέσ[ει τὰν ἔχε-
ι καὶ π]οττὰν πόλιν καὶ πο[θ' ἕκαστον το-
ῦν] πολιτάουν καὶ δεδό[σθαι καὶ αὐτοῦ
κ[αὶ] τοῖς ἐσγόνοις α[ὐ]τ[οῖ προξενίαν καὶ
ἀσυλίαν καὶ ἰσοτιμίαν καὶ [πάντα τὰ λο-
ι]πὰ αὐτοῦ ὑπαρχέμεν τίμια [ὅποττα καὶ
τοῖς λοιποῖς προξένοις, καὶ [ἐπιμελειθεῖμεν τὸν
τα[μί]αν Φείδουνα Εὐδόξει[ον, ὅπους ἀπὸ
τᾶς] τοῦν ταγοῦν γνούμας [τόδε τὸ ψάφ-
ισμ]α ὀνγραφεῖ ἐν κίονα λί[θ]ιν[ον καὶ ὀντ-
ε[θεῖ] Ἄ[πλ]ουν[ι] ἐν τοῖς ἱαρούτοις· [τὸ δὲ
ὀ]νάλουμα τὸ γενόμενον [ἐν τὸν κίονα ἐγγρα-
φέμ]εν ἐν τοῖς λόγοις τᾶ[ς] πόλιος.

Lapis non est *στοιχηδόν* inscriptus, unde nihil certi de versuum longitudine constat. Videntur tamen illi elementorum fere XXX, XXXI, XXXII capaces fuisse. Pauci versus fuerint breviores; unus *B* 21 ad illius mensurae normam redigi non potuit.

Tituli *A* quae ab initio supersunt nomina, ea tagorum fuisse, demonstrat titulus *B*. Quare non est, quod v. 1 de gymnasiarcho cogites (tit. Hypat. Lebas. n. 1134, 1. Lariss. id. n. 1235, 7: *γυμνασιάρχου [Παρμεν]ίσκου* an *[Φιλ]ίσκου*. n. 1237, 1 = Leak. n. 148. n. 1299, 3 = Leak. n. 153.). *Μνασιαδαῖος*: conf. infra ad n. III, 7. V. 2 *Μύσκελος* iuxta *Μύσκελλος* (Lobeck. Patholog. Prol. p. 136. Meinek. Vindic. Strabon. p. 63. Leutsch. Zenob. III, 42 p. 68) in usu fuisse, et hic locus probat et inscriptio Halicarnassia C. I. G. n. 2656. b. III, 4 v. II p. 1106 (Bailie Fasc. Inscript., 1846, n. CIV. o. p. 77) et Ovidius Metam. XV, 20. Utraque forma legitur in scholiis Aristoph. Nub. 371, quemadmodum sunt: *Βύκελος Βύκελλος, Ἔχελος Ἔχελλος*, Lobeck. l. l. p. 137, *Τίτελος Τίττελος*, C. I. G. n. 6468 v. III p. 968, n. 5545, 2 p. 604. Ibid. *τοῦ κοινοῦ τᾶς πόλιος*: vide *B*. 10; multa commemorantur aetate posteriori communia populorum (Lebas. n. 1238 Lariss.: *Σεβαστὸν θεὸν τὸ κοινὸν Θεσσαλῶν*, Syll. Inscr. Boeot. p. 109, Hermann. Staatsalt. § 177, 7 p. 531, decretum in Cassandri honorem factum, quod E. Curtius illustravit in Gerhardi Denkmael. u. Forschung. 1855, n. 75); sed rarum est *κοινὸν* urbis alicuius, C. I. G. n. 2672, 3 (Iasi) v. II p. 462: *κ[αλ]οὶ κἀγαθοὶ γεγένηνται [πε]ρὶ τ[ὸ] κοινὸν τῆς πόλεως*. n. 3044, 24: *περὶ Τ[ηΐ]ων τοῦ ξυνοῦ*. 45. Pausan. III, 8, 6: *οὐ μετὰ Σπαρτιατῶν τοῦ κοινοῦ τὸ βούλευμα ἐξήνεγκαν*. V. 3 *Ἱππόδρομος*: debetur Ahrensio, qui sophistam cognominem Larissaeum Olympiodori filium contulit, Philostrat. Vit. Soph. II, 27 p. 615 Olear. p. 268 Kays. Lectio tradita ad *Ἱπποδρόμι[ος* videtur deducere; verum ea nominis forma aetati conveniret recentiori; nec dubium, quin *Ἱπποδρομίου* ap. Ussing. n. 6, 15 (Lebas. n. 1295) mensis sit nomen, de quo illi p. 17 non constabat. Hippodromum Ephesium novimus ex C. I. G. n. 2953, 26. V. 6 *ἐσγόνοις*: B. 18. Forma Boeotis est propria ut *ἐσγονιδεύς*, v. Vischer. Arch. u. Epigr. Beitr. p. 48 n. 49, 3, ubi collato apographo Bursiani Ann. e Bullett. dell' Instit. 1854 p. XXXV. non cunctanter legendum est: *ὁ δεῖνα] Μεννίδαο ἐσγονιδεύς*, v. Syll. Inscr. Boeot. p. 102. Ibid. Ahrensius scripsit: *καττὰ [καὶ τοῖς πολίταις] τοῖς Κρανουννίοις ὑπάρχει* — — — *[καὶ π]ροξενίαν κτλ.*, ut *καττά* sit idem quod *καθ' ἅ*, p. 534. Mihi id est pro *κατὰ τά*, et quae deinceps posui, certe ad sententiam hoc loco necessariam accommodata sunt et ne hiet oratio efficiunt. *Τὰ νομιζόμενα παρὰ σοί*, quamquam aliter intellegenda, exstant apud Xenophontem Cyrop. III, 2, 19, atque confero formulam in decretis et Atticis et aliis de civitate danda sollemnem: *εἶναι* s. *δεδόσθαι αὐτῷ τὴν πολιτείαν κατὰ τὸν νόμον*, Rhangab. Antiq. Hell. n. 490, 17. n. 523, 7. n. 2304, 10. n. 2305, 8; tit. Andr. ap. Lebas. n. 1800 p. 408, quem Fr. Haasius reconcinnavit in Miscell. Philolog., Vratislav. 1856 p. 7, v. 5 (6): *πολείτην εἶναι τῆς πόλεως τῆς Ἀνδρίω[ν κ]ατὰ τοὺς νόμους*. De *πάρ* Aeolico v. Ahrens. I p. 149. V. 7 idem formam *Κρανουννίοις* lapicidae culpae imputat p. 532. Ac sane exploratum est, genuinas scripturas esse *Κράννων*, Ahrens. I p. 220, et *Κραννώνιος*, quam etiam numi confirmant (*ΚΡΑΝ, ΚΡΑΝΝΟ, ΚΡΑΝΝΩΝΙΩΝ, ΚΡΑΝΝΟΥΝΙΩΝ*, Leak. Trav. in north. Grece v. III p. 365, Ahrens. p. 221); neque

Latini prorsus illis abstinuerunt, siquidem apud Catullum LXIV, 36 „Crannonisque domos“ ex codicum vestigiis restituendum esse annotanti Meinekio Vind. Strabon. p. 153 iure obsecuti sunt Hauptius et Rossbachius. Verum tamen quum etiam Lesbios (Boeckh. ad n. 2166, 23 v. II p. 189. Ahrens. I p. 49 seq.) et Cymaeos (C. I. G. n. 3524, 6 p. 850. b) et Boeotos liquidas duplicasse sciamus (*Πολέμμων*, *Εὐκρίννεις*, *Μελάννιος*, *Μεννίδαο*, Syll. Inscr. Boeot. p. 3), idem Thessalis concedendum videtur loco vel insolentiore. Quadratarios autem in actis publicis insculpendis vitia, si bene memini, rarissime admiserunt. V. 8 de civitate et proxenia simul eidem datis v. Meier. De Proxenia p. 22, tit. Bargyliet. ap. Lebas. Cinq. Part. Asie Min. p. 34—5 n. 87, 22: *εἶναι δὲ αὐτὸν καὶ πρόξενον καὶ ε[ὐεργ]έτην τῆς πόλεως· δεδόσθαι δὲ πο[λιτεία]ν καὶ μετουσίαν πάντων ὧν καὶ Βαργυλιῆτ[αι μ]ετέχουσιν.* V. 9 Ahrensius dedit: *καὶ ἐπιμελ]ει-[θ]εῖμεν [τ]α[μίαν,* atque ita etiam infra *B* 21—2. Addidi quem aegre desidero articulum. In reliquis praeterquam quod v. 9 *τόδε* meum est et *ἐν τὸν κίονα* v. 11 (ubi ille *ἐν ταῦτα* praetulit) et *ἐκ* v. 13, pro quo illic *ἐς* Boeoticum (Dial. I p. 213) legitur, Ahrensii supplementa adscivi. Aesculapium Crannone cultum fuisse, nunc primum discimus; Triccaea eius religio antiquissima satis nota est, v. Preller. Griech. Mythol. v. I p. 323, Gerhard. v. I p. 538 § 507, C. I. G. n. 1778, 1 (Leak. n. 171. Lebas. n. 1202), Ussing. n. 43 = Lebas. n. 1201. De Pheris testatur dedicatio Ussing. n. 20 = Lebas. n. 1214: *Κλιόμαχος Μολόσσειος Ἀσκλαπίου.* In illius templo ut hic ita Astypalaeae decretum honorarium collocari iubetur ap. Ross. Inscr. Gr. Ined. n. 159, 6 (Rhangab. n. 763).

B. v. 1 supplevit et illustravit Ahrensius p. 531, nisi quod *Λίοντος* ego scripsi ut *Λίων* v. 9 et v. 15 *Λίοντα* (ubi Lebas. *ΑΙΟΝΤΑ* habet), i. e. *Λέων*, v. *Κλιόμαχος*, Ussing. n. 20, 1 = Lebas. n. 1214. De tetrarchia Pelasgiotide conf. Hermann. Staatsalt. § 178, 22 p. 535 et Brueckner. Koenig Philipp p. 105. *Χρῆστος Πρώτου Θεσσαλὸς Λαρεισαῖος Πελασγιώτης* Delphis obiit C. I. G. n. 1723 v. I p. 847. b. Thessalorum praetor est Cierii ap. Leak. n. 216, 1 (Lebas. n. 1188): *στρατηγοῦντος τῶν Θεσσαλῶν Ἀγασιμ[ήδους* vel *Ἀγασιμ[ένους* (*Ἀγασίμου,* parum probabiliter Hermannus Ueber Griech. Monatskunde p. 118) et Lamiae, Lebas. n. 1146, 2: *στρατηγοῦντο]ς τῶν Θεσσαλῶν [Θ]εοδώρου — [Ἀ]τρα[κ]ίου, ἀρχόντων —.* Praeterea strategos novimus in multis urbibus eponymos: Larissae, Ussing. n. 14, 3 (Lebas. n. 1235). n. 8, 3 (Lebas. 1240?). n. 8. b. 4 (Leak. n. 13. Lebas. n. 1241); Pheris, Ussing. n. 4. A. 9. 23. 38 (*Εὐβιότου,* non *Εὐβιώτου*) = Lebas. n. 1217; Metropoli, Ussing. n. 5, 1 (Lebas. n. 1192); Oloossone, Ussing. n. 9, 4 (Lebas. n. 1314). n. 10. a. 2. b. 3 = Lebas. n. 1315; Cyretiis, Ussing. n. 12 d. 2 = Leak. n. 178, Lebas. n. 1306; Gomphis, Lebas. n. 1195, b. 4 (*Σωτάνδρου?*) = Leak. n. 220; Aeginii, Lebas. n. 1206. b. 1; Hypatis, id. n. 1127, 8. n. 1128, 3. n. 1129, 2. n. 1131. b. 3. n. 1132, 10. n. 1135, 10. 13. Lamiae, id. n. 1148, 1 (Curtius Anecd. Delph. p. 15 n. 3), n. 1151, 1 (Curt. p. 14 n. 1), n. 1152, 1 (Curt. p. 15 n. 4), n. 1154, 1 (Curt. p. 15 n. 2). V. 2 *ταγεύοντες* Crannonii sunt quinque, totidem quot Cierii (Lebas. n. 1188, 2. 6 (Leak. n. 216). Ex aliis titulis numerus definiri nequit; vide eos qui sunt Cierii (Lebas. n. 1190 a. 1. b. 1 = Leak. n. 214. 1. 2. n. 1191, 1. 4 = Leak. n. 215), Larissae (Ussing. n. 14, 4 = Lebas. n. 1235), Thaumacis (Leak. n. 15, 8 = Lebas. n. 1181), Cyretiis (C. I. G.

n. 1770, 2 = Lebas. n. 1303; Ussing. n. 12. b. 1. n. 12. c. 1 = Leak. n. 176. n. 177. Lebas n. 1309. a. 1. n. 1308); Hermann. Staatsalt. § 178, 6 p. 533, Schoemann. Antiq. iur. publ. Graec. p. 401 seq. V. 3 *Ἀστομαχείοι* Ahrensius repetiit ex Leakiano n. 219, 3 (infra n. III). Socrates Astomachi Trallianus est in epitaphio metrico Latino Orellii Inscr. Lat. n. 123, 10 v. I p. 90. Verum etiam *Ἀστο[κρατείοι* locum habere potuit, id quod vel probabilius videatur comparanti titulum Larissae Lebas. n. 1247: *Παυσανίας Ἀστοκράτειος*. V. 4—5 scripsi ad exemplum n. I, 2. *Ἀριστονοείοι* dedit Ahrensius coll. Thucydide II, 22: *ἡγοῦντο ἐκ Λαρίσης Πολυμήδης καὶ Ἀριστόνους*. In promtu praeterea nec veri dissimile erat: *Ἀντινοείοι*, v. tit. Hypat. Leak. n. 18, 4 = Lebas. n. 1113, a. V. 5 *Αἰσχυλείοι*: C. I. G. n. 1767,2 (Lebas n. 1291) *Αἰσχυλὶς Σατύροι* i. e. nisi fallor: „Satyri serva", Zwei griech. Inschr. aus Sparta u. Gyth. p. 16. Idem nomen in finitima Boeotia occurrit, *Ἠσχούλος* Syll. Inscr. Boeot. n. LVII. c = Ephem. Archaeol. n. 2368, Lebas. n. 680. V. 6 ab init. emendatio mea certa videtur esse; Ahrens. *Ἀλαισο[υ]νείοι* vel *Κ]αλ[λ]ισ[τ]ο[υ]νείοι* proposuerat p. 531. V. 8 fortasse *Ἀντιγ[ο]νείοι* legendum est, ita quidem ut duo fuerint quaestores, ex iisque alter bis memoratus Antigoni filius pro se et collega rogationem tulerit (*λέξαντος*: Meier. Die Privatschiedsrichter p. 51), v. 22: *ἀπὸ τᾶς τοῖν ταγοῦν γνούμας*. V. 11—12 et spatii et usus causa addidi *νῦν*; nam frequentissime in tali meritorum alicuius enarratione legitur: *καὶ πρότερον — καὶ νῦν*, C. I. G. n. 96, 5. 10. n. 102, 15. n. 2256, 3. 5. n. 2374. c. d. 8 v. II p. 1073. ibid. e. 51. 55. n. 3137. I. 1. 12. III. 89. 91. n. 2671, 30. 31. n. 3595, 16. 18. Rhangab. n. 443, 9. 11. n. 433, 2. 8 (Curtius Inscr. Attic. n. X); *ἐν ἀρχῇ τε — νῦν τε*, C. I. G. n. 3595, 3. 12. Tum Ahrensius coniecit v. 13: .. *οὐ] δικαοῖ [ἄ]λ[λ]αν α[ὐ]τοῦ χρείαν [γίνεσθαι* --, quae certe cum usu non conveniunt. Ego talia posui, qualia fere in lapide extitisse multorum titulorum auctoritas probat. Et dativos quidem *πάντεσσι* et *τοῦ χρείαν ἔχοντι* suspensos volo ab ipsis illis adverbiis *κοινᾷ* et *καθ' ἰδίαν*. Sin accusativos mavis ad *εὐεργετές* v. 10 relatos, scribi licet *πάντας* et exigua mutatione *(TON: TOY) τὸν χρείαν ἔχοντα*. Sed ferri posse illud quod statui videtur. Iam pro formula usitatissima: *(καὶ) κοινῇ καὶ ἰδίᾳ* sive *ἰδίᾳ καὶ κοινῇ* (Rhangab. n. 438, 14. 15. *μήτε ἰδίᾳ μήτε δημοσίᾳ*, ibid. n. 381, 37 p. 375; *περὶ τὸ κοινὸν — ἰδίᾳ*, C. I. G. n. 2672. 3. 4. *ἰδίᾳ μέν — κατὰ κοινὴν δέ*, tit. Mylas. Lebas. p. 125 n. 394, 11. 12) dicebatur etiam: *καὶ κοινῇ καὶ κατ' ἰδίαν* (C. I. G. n. 5631, 18 v. III p. 537, Rhangab. n. 714, 12. 13, Leak. n. 15, 1 = Lebas. n. 1181, *ξυν[ᾷ καὶ κατ' ἰδίαν*, C. I. G. n. 2060 b. 7 v. II p. 999. b, *τῷ τε σύνπαντι δήμῳ παρέχεται ἑαυτὸν εὔχρηστον καὶ κατ' ἰδίαν τοῖς ἐντυγχάνουσιν τῶν πολιτῶν*, Rhangab. n. 689, 8.) sive: *καὶ κοινῇ καὶ καθ' ἰδίαν*, cuius formae aspiratae exempla attuli in Schedis Epigraphicis, Numburgi 1855, p. 11. Addo proxeniam Oropiam Rhangab. n. 682, 4 (Preller. Berichte d. K. Saechs. Gesellsch. d. Wiss. 1852 p. 164 n. 10) et de origine spiritus Hartung. Ueb. die Casus p. 117. Nec temerarium esse arbitror, ex traditis elementis: *ΚΑoΙΛΔΙΑΝ* s. *ΚΑoΙΜΙΑΝ* — ita enim scribit Lebasius — refingere: *ΚΑΘΙΔΙΑΝ*. Ibid. *ἄϊν* s. *ἀῒν τοῦ χρείαν ἔχοντι* i. e. *ἀεὶ τῷ χρ. ἔχ.* et ipsum fere sollemne est. Conf. Rhangab. n. 686, 3 (= Preller. l. l. p. 160 n. 6) *εὔνους — ἰδίᾳ τῶν πολιτῶν ἀεὶ τοῖς χρείαν ἔχουσι*, n. 687, 3 (Preller. p. 162 n. 8) *τῶν*

πολιτῶν ἀεὶ τοῖς δεομένοις χρείαν παρέχεται, n. 685, 3 (Preller. p. 161 n. 7) *τῶν πολιτῶν τοῖς δεομένοις ἀεὶ παρέχεται χρείας ἐν παντὶ καιρῷ*, tit. Megar. Lebas. n. 26, 9 p. 8 et n. 30, 4 p. 9: *χρείας [πα]ρέχεται τοῖς δεομένοις ἀεὶ τῶν Μεγαρέων*, n. 27, 9: *χρείας ἀεὶ τῷ δεομένῳ τῶμ πολιτᾶμ παρέχ[ε]ται·* Docent simul loci allati, adverbii *ἀεὶ* transpositionem placuisse Graecis etiam in hac formula; eandem illustraverunt Krueger. Dionys. Histor. p. 252, Gramm. Graec. § 50, 10, 5. p. 322, Schaefer. Appar. ad Demosth. v. I p. 826, v. III p. 494, Meier. Comm. de vita Lycurgi p. XC. *Ἄϊν* denique s. *ἄϊν* grammaticorum testimoniis satis vindicatum est dialecto Aeolicae, v. Fix. in Stephani Thes. v. I p. 732. B. C., Ahrens. v. I p. 156 (Sapph. fr. n. 118 p. 274), v. II p. 513, Lehrs. Herodian. p. 155, Hartung. Ueb. d. Cas. p. 155, Mehlhorn. Grammat. Graec. p. 66. V. 14 *ἐπηνεῖσθαι* potius inserui quam *ἐπαινέσαι*, ut lacuna expleretur amplior. Scripsi autem *ἐπηνεῖσθαι* i. e. *ἐπῃνῆσθαι*, quod iota mutum omnino deest, v. Ahrens. p. 533, atque sic *παρητήσατο* habetur in titulo Cymaeo C. I. G. n. 3524, 17. Perfecti vero infinitivo in decretorum formula locum esse, multa arguunt exempla; vide ut paucis defungar C. I. G. n. 2060, 25, Ross. Inscr. Gr. Ined. n. 189, 18, Franz. El. Epigr. Gr. p. 326 not. ** V. 15 Ahrensius p. 531 coniecit: *τρι]ά[κ]οντα ἔτ[ε]α*. Ego *ἐττᾷ*, id ut esset *ἐπὶ τᾷ*, non sum ausus relinquere. Tum propter *προαίρεσιν* s. *αἵρεσιν* aliquem laudatum saepe in honoribus videmus: Leak. n. 15, 4 (Lebas. n. 1181): *ἐπαινέ]σαι τε Ἀνδροσθένην ἐπὶ τῇ προαιρέσει ἣν ἔχ[ει*, C. I. G. n. 1770, 2 = Lebas. n. 1303: *ἐπεὶ καὶ ἐν τοῖς λοιποῖς πᾶσιν φανερὰν πεποήκαμεν τήν τε ἰδίαν καὶ τοῦ δήμου τοῦ Ῥωμαίων προαίρεσιν, ἣν ἔχομεν εἰς ὑμᾶς* —, ib. n. 2139. b. 24 v. II p. 1013 (Rhangab. n. 688): *κ]α[τη]κολουθηκ[ὼς] ᾗ ἔχοντες οἱ βασιλεῖς [δ]ι[ατε]λοῦσιν πρὸς τὴν πόλιν προαιρέσει*, decret. Attic. ap. Ioseph. Archaeol. XIV, 8, 5: *ὅτι προαίρεσιν ἔχει ποιεῖν ἡμᾶς ὅτι δύνηται ἂν ἀγαθόν*, C. I. G. n. 2268, 10: *ἐπαινέσαι ἐπὶ τῇ αἱρέσει, ᾗ ἔχων διατελεῖ περὶ τὸ ἱερόν*, n. 2347. c. 46, Ross. Inscr. Gr. Ined. n. 175, 21. n. 189, 18. *Προαίρεσις* autem Aeolice dicitur *προάγρεσις* (Boeckh. ad n. 3524, 6 *προαγρημμένῳ* v. II p. 850. b., Ahrens. Dial. Aeol. p. 25), cuius loco, nisi error subest Leakii, *προάνγρεσις* scribi potuit, quemadmodum insculpta esse traduntur *ΕΝΓΚΡΑΤΕΙΑ* C. I. G. n. 1749, 4 v. I p. 854. b., et *ΕΝΓΓΥΗΤΩΝ* n. 354, 11, et fuit fortasse, si recte conicio, *ΙΟΥΝΓΚΟΣ* (vulgo *ΙΟΥΝΙΚΟΣ*) i. e. *Ἰοῦγκος* C. I. G. n. 3336 v. II p. 775. V. 16 Ahrensius scripsit: *[π]οττὰν πόλιν καὶ πο[ττὸ κοινὸν τοῦν] πολιτάουν*. Ad meum supplementum comparo ex multis C. I. G. 2335, 3: *καὶ κατὰ κοινὸν τῇ πόλει καὶ καθ' ἰδίαν ἑκάστῳ τῶν πολιτῶν*, decret. ap. Ioseph. Arch. XIV, 8, 5: *διατελεῖ κοινῇ τε τῷ δήμῳ καὶ ἰδίᾳ τῶν πολιτῶν ἑκάστῳ εὐνοῶν*, C. I. G. n. 5752, 11 v. III p. 679: *εὔνους τοῖς τε δημοσίοις ἡμῶν πράγμασι καὶ ἑνὶ ἑκάστῳ τῶν πολιτῶν*, Rhangab. n. 443, 12: *ἀγαθὸν ὅτι δύναται [ποιεῖ κοινῇ]ι τε ὑπὲρ τῆς πόλεως κα[ὶ ἰδίᾳ ὑπὲρ ἑκ]άστου Ἀθηναίων*, C. I. G. n. 2677, 1: *καὶ ἰδίᾳ περὶ ἕ]κα[στ]ον καὶ κοινῇ περὶ πά[ν]τας τοὺς πολίτας*, Rhangab. n. 681, 3. n, 682, 4. Ross. n. 189, 6. V. 18 *προξενίαν* ego addidi. V. 19 nova est *ἰσοτιμία* proxeno concessa; v. decretum Cymaeorum C. I. G. n. 3523, 10 ubi proxenis datur *καὶ Κυμαίοις ἔμμεναι καὶ αὔτοις καὶ τοῖς ἐκγόνοις ἐντίμοις εὐθέως*, Meier. De Proxen. p. 23. Ibid. Ahrensius: *καὶ [τἄλλα πάντ]α αὐτοῦ ὑπαρχέμεν* —. Sed quoniam ab initio v. 20 elementum Γ superesse

traditur *λοιπά* an *λοῖπα* videtur restituendum cum Meiero l. l. p. 15 not. 139, qui scripsit: *καὶ [τὰ λοῖ]πα αὔτου ὑπαρχέμεν τίμια [ὅσα καὶ] τοῖς λοίποις προξένοις καὶ [εὐεργέταις*. At postremo quidem nomini vix fuerit spatium in lapide idoneum. Nam ne ad *ἐπιμελειθεῖμεν* quidem, quod sententia flagitat (v. A. 8), lacuna videtur sufficere. Itaque lubentissime, si quis melius universum hunc locum in ordinem redegerit, accipiam emendationem. V. 22 *τὸν ταμίαν*: vide ad *A.* 9. Ibid. *ἀπὸ τᾶς τοῦν ταγοῦν γνούμας* (Wyttenbach. ad Plutarchi Mor. p. 44. D.) iam Ahrensius dederat. Conf. quae dixi ad v. 8 et titulum honorarium Cierii Lebas. n. 1188, 6 (Leak. n. 216): . . . . . *[γνώμην] ποιησαμένων τῶν ταγῶν* (ut est *γνώμην ποιεῖσθαι* apud Thucydidem I, 128, 5. II, 2, 4. VII, 72, 2. III, 36, 2, Plutarchum Themist. 16, ubi de articulo omitti solito annotavit Sintenisius, Marcell. 13, Cat. min. 41, alios). Nec dissimile est illud: *πρυτάνεων, στρατηγῶν, βουλῆς γνώμη,* Boeckh. C. I. G. n. 2264, 2 v. II p. 218, Franz. El. Epigr. Graec. p. 325. Ibid. Ahrens. *τὸ ψάφισμα.* V. 24 Meier. l. l. p. 24 n. 207 dedit: *ἐν κίονα λιθίναν,* eandemque intulit decreto *A.* 10 not. 226, ubi marmor certe modo *ἐν κίονα* capit. *Κίων* ut plurimum rotundus fuit, *στήλη* quadrata, Ross. Archaeolog. Aufsaetze v. I p. 202, 7. Hic idem videtur *κίων* esse atque *στήλη*. Deinde *ὀντεθεῖ* meum aliquam habet veri speciem; sed *Ἅπλουνι* v. 25 pro *AKPOYN,* nec ab Ahrensio nec a Meiero p. 24 n. 226 lecto, mihi ipsi admodum est dubium, ea etiam de causa, quod decretum *A ἐν τὸ Ἀσκλαπιεῖον* collocandum dicitur v. 11. Interim scripsi *Ἅπλουνι,* non *Ἄπλουνι,* Ahrens. Dial. Aeol. p. 221, Osann. Cornut. p. 372, Doederlein. Homer. Glossar. § 449 v. II p. 31 coll. v. I p. 73 not. 65. Spiritum lenem, quamquam contra codices, cum aliis (ut G. Hermanno Opusc. VII p. 277 et Bergkio Beiträge z. Griech. Monatskunde p. 43) servavit qui nuper formam germanam Platoni Cratyl. p. 405. B restituit C. F. Hermannus Plat. Dial. v. I p. XVIII. Vid. etiam Bernhardy. Grundriss d. Griech. Litt. v. I p. 105. Ibid. Ahrens.: *ἐν το[ῦ] ἱαροῦ τοῖ Σ[. . . . . . καί.* Nolui mutare scripturam traditam, tenuitque Meier. l. l. n. 226. *Κίονες,* in quibus inscripta leguntur decreta publica, positi in templo, sacri numini sunt, ne a quo violentur. Cogitabam etiam de columnis illis donaria sustinentibus, quas docte illustravit Rossius l. l. p. 201 seq. „Votivsaeulen mit heiligen Thieren“. V. 26 pro *ἐν τὸν κίονα* Ahrensius: *ἐν ταῦτα.* Extrema conveniunt cum eo, quod apud Athenienses quaestor iubetur *μερίσαι ἐκ τῶν κατὰ ψηφίσματα ἀναλισκομένων* (Meier. Comm. de vit. Lycurg. p. CXIII), et similiter apud alios praecipitur, ut Agrigenti C. I. G. n. 5491, 26 v. III p. 595: *τοὺς ταμίας — φέρειν τὰν ἔξοδον διὰ τῶν ἀπολόγων.*

III

Tertio loco indicem tracto virorum antiquiorem, quem Metropoli superioris Thessaliae repertum Leakius edidit n. 219 (conf. v. IV p. 509), repetiit Lebasius n. 1193 p. 284. De quo catalogo, sive militari sive gymnico sive eorum nomina recensente qui vel reipublicae aliquid praestiterunt vel deo nescio cui obtulerunt, bene sane meruit Ahrensius p. 530 n. 8, nec omnia tamen ita administravit, ut nihil reliqui fecisse videatur.

ΙΟΥΝΕΙΟΣΑΝΤΙΟ	Ἰούνειος, Ἀντι[φά-
ΝΕΙΣΠΥΡΡΙΝΑΙ	νεις Πυῤῥιναῖ[ο-
ΣΑΣΤΟΜΑΧΟΣ	ς, Ἀστόμαχος [Δ-
ΑΜΑΙΝΕΤΕΙΟΣ	αμαινέτειος, [Π-
ΑΝΑΙΟΣ ΑΠ	άναιος, [Π]απ[πο-
ΝΕΙΟΣ	ύνειος, [Παυσ-
ΗΙΑΣΕΥΚΛΕ	α[νίας Εὐκλε[ιδ-
ΑΙΟΣΑΝΔΡΟΜ	αῖος, Ἀνδρόμ[α-
ΣΟΡΟΡΔΟΤΤΟ	χο]ς [Θε]ο[σ]δότ[ει]ο[ς,
ΑΣΥΑΣΕΥ	Θρ]ασύας Εὐ-
ΟΦΙΛΙΝΕΙΟΣΔ	οφ[ε]λίνειος, Δ[ι-
ΟΝΥΣΙΟΣΚΛΙΟΝ	ονύσιος Κλι[ω]ν-
ΛΙΟΣΓΑΡΜΕ	ιδ]αῖος, Παρμέ-
ΕΥΤΑΙΟΣ	νουν Τ]ευταῖος,
ΟΥΝΑ . ΝΙΑΔΑΙΟΣ	Ἴ]ουν Ἀ[ρ]νιαδαῖος,
ΠΡΑΚΛΕΙΔΑΣ	Ἡ]ρακλείδας
ΛΑΝ . . . ΕΙΟΣ	Με]λαν[τίχ]ειος,
ΦΕΛΙΜΟΣ	Ὠ]φέλιμος
ΕΡΜΙΑΙΟΣ	Ἑρμιαῖος,
ΕΡΟΤΟΚΛΙΑ	Ἐρ[α]τοκλία[ς
ΡΑΚΛΕΙΔΑΙΟΣ	Ἡ]ρακλειδαῖος,
ΝΝΙΟΣΕΡΑ	Φό]ννιος Ἐρα-

V. 1 Ahrens. — *ούνειος,* nec certum esse quod dedi per se intellegitur. Tum ille correxit: *Ἀντι[γέ]νεις;* verum quoniam *Ο* i. e. *Φ* exstat in lapide, *Ἀντι[φά]νεις* potius emendandum erat. V. 2 in proecdosi est: *Πυῤῥι[δ]αῖ[ο]ς*, et sunt *Πυῤῥίδαι* Megarenses C. I. G. n. 1052, 3 et Rhangab. n. 701, 16. Ego nihil mutandum ratus scripsi *Πυῤῥιναῖος*, quod descendat a nomine *Πυῤῥίνας* (*Πυῤῥίνης?* C. I. G. n. 455, 4 = C. O. Mueller. Archaeol. Mittheil. a. Griechenl. I p. 195: *ΝΥΡΡΙΝΗΣΩΣΤΑΣ [Π]υῤῥίνη[ς], Σωσ[ί]ας*) iuxta *Πυῤῥῖνος* (C. I. G. n. 110. II. 10 = Lebas. n. 1634. A., Rhangab. n. 1944: *Πυῤῥῖνος Ἀντιπά[τ]ρου Θυατ[ει]ρηνός*) usurpato. Huius enim formae (Lobeck. Path. Prol. p. 214. 247) nomina quum alibi tum in Graecia septemtrionali admodum frequentia fuerunt. Qualia sunt: *Ἀττίνας* s. *Ἀττίνης* (*Κερκίων Ἀττίνου Θετταλός,* Rhangab. n. 1812), *Αἰσχίνης* (*Θετταλός,* Rhangab. n. 1298. I, 54), *Κροκίνας* (*Θετταλός,* Xenoph. Hell. II 3, 1, ubi varia lectio enotatur *Κρωκίνας*) sive *Κορκίνας* (*Λαρισσαῖος,* ad librorum fidem ap. Diodor. Sic. XIV, 3), *Βερβίνας* Lamiensis, Lebas. n. 1143, 13 (Rhangab. n. 743. L. Stephani Reise d. ein. Geg. d. nördl. Griech. n. 15 p. 40) *Μικίνης* (*Μελιβοιεύς,* Rhangab. n. 1901) s. *Μικίνας* (*Λοκρός,* id. n. 1298. III. 27) s. *Μικκίνας* (*Κορκυραῖος* tit. Attic. in Annali dell' Inst. Arch. 1829 II p. 157 v. 20), *Λευ[κ[ίνας* Boeotus, C. I. G. n. 1644 coll. Syll. Inscr. Boeot. p. 177, *Κ]ωμίνας* Orchomenius, Lebas. n. 624, 6 (Ussing. n. 52. Ephem. Arch. n. 819. Rhangab.

n. 1305), *Καρφίνας* Acarnan, decret. Attic. in Meieri Comm. Epigr. n. 68 p. 98 (v. Velsen. Monatsber. d. Akad. d. Wiss. 1856 p. 115. 124), *Φιλτίνας,* Teuchiris C. I. G. n. 5265 v. III 545), alia. In dubio sunt nominativi nominum *Βυκίνου,* Cierii, Lebas. n. 1187, 2 (Leak. n. 217); *Παιδίνου,* Thebis. Phthiot., Lebas. n. 1168. a. 2 = Leak. n. 190; *Πορτίνου,* Metropoli, Ussing. n. 6, 20 (Lebas. n. 1295). *Πυῤῥιὰς Θεσσαλή* est C. I. G. n. 852, 1. V. 3 Ahrensius p. 532 per errorem annotat, in lapide esse *ΜΑΚΟΣ;* de nomine ipso dixi ad n. II, *B*. 3. V. 4. extremo una videtur littera desiderari, quapropter nec *Ἀναῖος* (C. I. G. n. 4634 v. III p. 267) nec *Ἀθ]άναιος* posuerim cum Ahrensio. In re incerta titulum secutus sum C. I. G. n. 757: *Ὀνήτωρ Παναίου Πρασιέως.* Ad nomen proximum v. 5, quod congruum est lacunae, confer C. I. G. n. 1957. e. vol. II p. 989 (Berrhoeae): *Ἀννία Ἐπιγόνη Φλαβιανῷ τῷ ἰδίῳ τέκνῳ, τῷ καὶ Παπποῦνι, μνείας χάριν·* Is puer Boeckhio *Παπποῦνις* vel *Πάππουνις* appellatus esse videbatur. Nescio an potius retenta in vita communi forma antiquior Thessalica et Macedonica, puto, *Παπποῦν* s. *Πάππουν* i. e. *Πάππων* appareat. Dubitanter addo *Παρθενοῦνι,* C. I. G. n. 4321. g, ubi Franzius v. III p. 1152. a: *Παρθενοῦ[δ]ι* vel *Παρθενοῦ[τ]ι* coniecit. Ahrensius et hunc versum et 6—7 omittere satius duxit; nec nego, satis incertum esse: *Παυσαν]ίας.* Fuere certe cognomines Thessali, v. n. II. *B*, 2. 9. Ussing. n. 4 A. 29. B. 40 (=Lebas. n. 1217, qui etiam B. 44 *ΠΑΥΣΑΝΙΟΥ* praebet pro Ussingii *ΛΥΣΑΝΙΟΥ*). n. 8, 13 (Lebas. n. 1240?). V. 7—8 restituit Ahrensius; conf. *Πολεμαρχιδαῖος,* C. I. G. n. 1766, 2 = Lebas. n. 1294; infra v. 15 *Ἀρνιαδαῖος,* v. 21 *Ἡρακλειδαῖος; Λεωνίδεια,* Spartae in honorem regis fortissimi celebrata, C. I. G. n. 1421, 12 (*Νερουανίδεια,* ib. n. 1424, 2. *Ἀσκληπίδεια,* n. 1068. II. 5. n. 1429, 6); *Ἐτυμοκληδαία* (Spartae, C. I. G. n. 1360. 13 v. I p 662. b. 861. a) s. *Ἐτυμοκληδεία,* ib. n. 1448, 5 p. 685 b. n. 1373, 4 p. 666 b; „Aeacideia regna", Ovid. Metam. VII, 472. V. 8 *Ἀνδρόμαχος* quoque Ahrensio debetur, quamquam etiam *Ἀνδρομ[ένει]ς* suspiceris. Idem ille optime v. 9 revocavit: *Θεοσδότειος* p. 532. Vide Anal. Epigr. p. 104, ubi formis *Θεόζοτος* et *Θεοζοτίδης* debebam fidem habere, Saupp. N. Mus. Rhen. IV, 1846, p. 139, Syll. Inscr. Boeot. p. 51, Rhangab. n. 1319, 5, C. I. G. n. 8211 v. IV p. 197. V. 10 ego supplevi; *Θρασύας ὁ Μαντινεύς* est ap. Theophrast. Hist. plant. IX, 16, 8. 17, 1. 2. Prorsus eadem ratione formata sunt *Πολύας* (*τὸ γένος Ἀντικυρεύς,* Herodot. VIII, 21) et *Βαθύας,* C. I. G. n. 1846, 3; conf. Lobeck. Pathol. Prol. p. 488; Theognost. Canon. p. 42, 28 (*Μαρσύας, Ἰχθύας, Ὀθρύας, Φλεγύας, Λινύας [Μινύας?], Σατύας, Πακτύας*); *Ἐξαμύας,* L. Dindorf. in Stephan. Thes. v. III p. 1239. C; *Μενύας* (*Μεννάδης Ἀλαβανδεύς,* Rhangab. n. 719, 1); *Δατύας* an *Δατύης,* Lebas. n. 1164 = Leak. n. 188 (Theb. Phthiot.): *Δικαιοβούλα Δατύου.* Sed dubia videntur *Τεισύας* et *Νεικύας,* C. I. G. n. 1925. n, 2 v. II p. 988. a et n. 2732, 2 p. 492. b, ubi *Τεισία* et *Νεικία* correctum est. V. 10—11 Ahrens.: *Εὐ—οφιλίνειος,* p. 532 suspicatus: *Ἐργοφιλίνειος* (*Ἐργοφίλ[α,* Ussing. n. 6, 22 = Lebas. 1295). *Εὐοφελῖνος* Boeotus habetur C. I. G. n. 1574, 22, quem frustra olim attrectavi. Proxima nomina v. 11—14 Ahrensius occupavit; *Παρμένων* Thebanus Phthiot. est ap. Lebas. n. 1168. a. 4 (Leak. n. 190. 1). Tum ille: *Κρευγαῖος* p. 532; cum eo quod tentavi confer nomina *Τεύταμος* et *Τευταμίας,*

qui rex fuit Larissaeorum, Apollodor. IV, 2, 2 (an *Τευταμίδης,* Tzetz. Lycophr. 838 p. 829)· V. 15 ab init. Ahrens.: *—ουν.* Idem: *Α[ἰ]νιαδαῖος.* Meam coniecturam commendat *Ἀρνίας* Metropolitanus ap. Ussing. n. 6, 2 = Lebas. n. 1295 et alter Thessalus cognominis, quem Papius ex Mionnet. II, 2 attulit. *Ἀρνίαδας* est in epitaphio Corcyraeo vetustissimo, Ross. N. Jahrb. f. Philol. LXIX, 5 p. 544 (Vischer. Epigr. u. Arch. Beitr. p. 10). Praeterea compono nomina *Ἀρνόφιλος,* qui est Hypataeus, Lebas. n. 1131. b. 10 (*Ἰουλίου ΑΡΜοφίλου?* Gomphis, Lebas. n. 1196, 1 s. Leak. n. 221. b), Boeotica *Ἀρνοκλεῖς* et *Ϝάρνων,* Syll. Inscr. Boeot. p. 208. b, et mensem Hypataeorum, Lebas. n. 1116, 10 (Rhangab. n. 749) *ΜΗΝΟΣΑΡΝΟΚΑΙ* (*Ἀρνοκ[αρίου?,* collato mense Amphissensium eo qui vocatur *Πόκιος,* C. I. G. n. 1707, 1. Curt. Anecd. Delph. n. 3, et titulo Cret. III, 20 in Schneidewin. Philol. IX p. 694: *τοῦ μηνὸς τοῦ Κομνοκαρίου,* ubi Mercklino praeter alia in mentem venit, scribi posse: *Καμνοκαρίου* i. e. *Ἀμνοκαρίου,* ut mensis ab ovibus tondendis dictus esset, Gerhard. Denkmäl. u. Forschung. 1855, n. 81. B p. 128). Nec alienus est ab hoc loco mensis Argivorum *Ἀρνεῖος,* v. Conon. 19. Ceterum ne quid dissimulem, video nunc ipsum, *Αἰνέαν* Hypataeum esse ap. Lebas. n. 1126, 5. V. 16: Ahrensius: *Εἱ]ρακλείδας* maluit et v. 21 *Εἱ]ρακλειδαῖος.* Praetuli *Η* quod propius ad traditum elementum *Π* accedit. V. 17 verum mihi videor assecutus esse; *Μελάντιχοι* satis multi habentur in Boeotia, v. Syll. p. 221. a. V. 19 *Ἑρμίας Θεσσαλός* est C. I. G. n. 4788. d v. III p. 1209. b. V. 20 bene, puto, correxit Ahrensius p. 532; *Ἐρατοκλῆς* (v. Pap.) est etiam ap. Rhangab. n. 1276. III. 8, v. O. Schneider. Prol. ad Callimachi *ΑΙΤΙΩΝ* Fragm. p. 8. V. 22 (Ahrens.: *ννιοσερα*) *Φόννιος* duxi ex titulo Gomphensi Lebas. n. 1195. a. 5. b. 3 (Leak. n. 220). Sed potes etiam *Μύ]ννιος. Μυννίων* (Anal. Epigr. p. 210 n. 2) non infrequens fuit in Thessalia nomen: Lebas. n. 1115, 11 (Rhangab. n. 748), Pinder. Die antik. Münz. d. Kön. Mus. p. 44 n. 246, Prokesch. Inedita meiner Samml. autonom. altgriech. Münzen, Wien 1854, p. 14 (unde *Μυμμήων* ap. Mionnet. Suppl. III, 278 emendandum, L. Dindorf. in Stephani Thes. V. p. 1269. C); adde fontem *Μύνιν* ad Meliteam, Ussing. n. 2, 11 (Lebas. n. 1179, Rhangab. n. 692 p. 682), et compara *Σάννιος Σαννίων, Φάνιος Φανίων* alia. Postremo nomen fuit ab *Ἐρα[το —* vel *Ἐρα[σι —* (*Ἐράσιππος,* Lebas. n. 1160, 3) initium capiens.